IO. BAPTISTE EGNATII PANEGYRICUS

Giovanni Battista Egnazio

32

559
2

Io. Baptistę Egnatii

PANEGYRICVS.

1872

Ioánnes Baptista Egnatius Clarissimo & amplissimo uiro. D. Antonio a Prato magno Franciæ Cancellario.

Haud sane scio, sit ne tanti ac sit operæ precium a me aliquid, qui Regis inuictissimi uestri memorabile in Italiam transitum & clarissimam ex hoste Heluetio uictoriam, heroicis quingentis amplius cecinerim. Nā si res principū gestas et populorum prosa oratione conscribere arduum ac per difficile creditur, Quis quaso nō uideat, quanto plus laboris opus est, ubi maiestas Carminum maior, et uerborū ornatus exquisitior, et sententiarū pondus ac grauitas accuratius exigitur? alioqui tanta est facinoris huius magnitudo & admiratio, ut nō facile ab alio quam a uestro Rege & gente, hac præstari potuisse uos & sentiant & prædicent. Ego uero ad hoc libentius studio uersatus sum, quod haec Regi uiam quos urbi unquā tulerit, maxime & optime decēda nouerā. et quod fortissimo genti, principi que eam terrarū populo uestro commendare debam et quod tibi nuncupandum hoc ipsum, quicquid erat, industriæ a me adhibitum erat. Id autē assecutus nec ne sim, ut, si uirtuti nostra rei amplitudini responderit, & alius & tibi imprimis æstimandum reliquerim, tibi in quā qui ad supremū post Regiæ maiestatis fastigiū, dignitate, euocatum adeo te & Galliæ tuæ admirabile in præstitisti, & Italiæ celebrē reddisti, ut nec illa maius dare decus hoc tēpore potuerit. nec nos amplius quicquam uel illustrius optare potuerimus. Quis enim nesciat, quāto semper in muneris tuis Parisiensi Gymnasio decori fueris? aut qui præfecturā illā Parisiensi senatus unā tibi demādatā ignoret? et summa semper cū laude gestam nō recordetur? Iam cū primum tibi magni Cancellarii persona iudicio tuti Regis imposita est, quis nō statim credidit id euenturū, quod & secutū est? quippe cum uestium illud legū ac cōsuetudinū uestrarū, quod ad aliquot dies fuerat, Te auctore repente sublatū sit, cum pristinus iuri patrio nitor restitutus cū Domus tua, quæ Iurisconsultis, quæ legū ac constitutionū præsidiū, quæ oppressorū asylū, quæ æquitatis officina, quæ ara supplicū, quæ deniq; totius Galliæ oraculū esse uisa & optimis et eruditis referta uideretur. Id quod ego hic pro pietate mea, Iure tibi hoc dicaui quicquid tandē erit. Vt cum alii omnibus summis studiis faueas, non possis etiam non Egnatio primo fauere. Vt hac uoluti prærogatiua fauoris beneuolentiæq; tuæ, Itali etiam et lucubrati cognoscant in te summum esse uirtutis præmium ac maximā spem collocatam. Bene ac fœliciter Vale.

Ioannis Baptistę Egnatii Veneti ad Christianissimũ & Inuictissimum Francorum Regem Frãciscum huius no minis primum De eius in Italiam felicissimo aduentu: Deq; clarissima ex Heluetiis Victoria

PANEGYRICVS.

Vę tanti causę belli: Quibus arserit armis
q Hesperia: aut tãtas renouet cur Gallia uires:
Vt Ligurẽ durũ genus: Insubrẽq; recepter,
Vos o uos Helicona deę, quęq; alta tenetis
Parnassi iuga Pierides: uos pandite uati.
Dicam acies: Dicam insignem per secula regem:
Qui primus coelo ęquantes se uertice moles
Fregerit: infuctasq; prius transcenderit Alpes.
Ille etiam passusq; dolos, dum parceret Hosti:
Atq; artes m Ille Heluetiis, tandem agmina ferro
Opprimit: inuictęq; aufert cognomina gentis.
Francorum Ausonię terras Rex magnus & arces:
Quas secat hesperię regnator maximus undę
Eridanus: placidoq; ambit quas Ollius amne:
Et Ligurem bello indomitum: assuetumq; laboris
Pro belli iure: & pacti repetebat auiti:
Pro iusti imperii Titulis: cum Lilia primum
Anguibus adiunxit geminis fulgentia Cęsar.

Adde quod & Veneti non immemor ille senatus
Nec rarę oblitus fideiquam rebus in arctis
Prestiterat: quā non moueat nec durus in armis
Cantaber. aut patrus spectatus Theuren ab undis:
(Ah nimium immanis Theutonus manis & Astur)
Arma parat: socios pijs Rex uindicat armis.
Illum etiam usa Italię trepidantis imago
Hortatur quoties fuscis amplectitur alis
Nox terras: Cęlo quoties fulgentia surgunt
Sidera, Canentes passim diiecta capillos,
Nuda humeros: summissa oculos: sed fronte ueręda
Excitat: atq; piguitat succurrere matri.
Quin etiam cunctantem animis: ac multa parātem,
Voluentemque alto tantam sub pectore molem
Sic fatur. Regum nostrorum maxime: seruit
Cui Rhenus: cui mitis Atax: magnusq; Garumna:
Et bello insignes populi: gentesq; superbę,
Cantaber ut nostras pridem uexauerit urbes:
Vastarintque meos ferroque, ac ignibus agros
Immanes Rheti: Rhetoque immanior hostis
Heluetius, fama hæc pridem tibi cognita remur.
Nunc ego te Regina olim terręq; marisq;
Magna uirumq; frugumq; parens clarissima tellus
Affer opem. propiusq; (oro). es aspice nostras.
Non indigna peto: nec me aspernate precantem.
Hoc opus: hoc decus est uestrumq; qui sceptra tenetis:

Tutari miseros: lapsis succurrere rebus:
Et Pacem:ac ueterem terris pepenisse quietem.
Nec labor est. Sic uelle satis tibi. Numina testor:
Indigetesq; deos: natorumq; ossa meorum:
Vicimus: & placido arridet uictoria uultu.
O utinam infandas cędes: desertaq; cultu
Oppida: & undantes passim per q; arua: domosq;
Flammarumq; globos: liquefactaq; saxa uideres.
Quippe nefas nullum hostis habet: nec fasue: piumue.
Nollę absunt scelerum facies. uiduata colonis
Arua horrent. superumq; ędes: sacrataq; claustra
Et raptis: & uindicibus demum obruta flammis.
Quare agedum in ueterem gentis: regumq; tuorum
Virtutem, atq; animos decus excitet: Itala regna
Quę petis. hic priscę agnosces uestigia gentis.
Hic Boios: senonasq; tuos hic Gallica quondam
Regnaque: & egregias urbes opibusq; uirisque:
Progenieinq; omnem Caroli supera alta teneri em.
Dixerat: atq; humeros tollens ad sidera fertur:
Cui rosee ceruicis honos: & uertice sacro
Ambrosię spirauit odor: somnoq; solutus
Atq; animum laudis tantę inflammatus amore
Prosequitur fugientem: atq; hac est uoce locutus.
Terra deis dilecta olim: terra inclyta fama:
Terra uiris: opibusq; potens: quis spernere tantas
Iampridem posset tam saucto in corpore clades.

Euersasq; audire urbes: uiduosq; colonis
Esse agros: immissum adytis penetralibus ignem?
En adsum quo me ire iubes. Terraq; mariq;
Ipse tuus iam miles ero. tibi militet omnis
Gallia, nec quemquã, nisi qui tibi, nouerit hostem.
Sic fatus: primum superos: ac templa petiuit
Tum donis oneratq; aras: atq; æthera uotis.
Ille igitur solio primæ sub flore iuuentæ
Sublimi residens: sceptri rerumq; potitus,
Post regni res compositas: æquataq; iura,
Tum uero meritum factis ingentibus unum
Quéque uocat: gazamq; omnem: ueterisq; repostas
Regum donat opes, numeroq; nec ordine quisquam
Non donatus abit tanto. ratus ille reponi
Sic melius: quã si terræ condantur in alto
Diuitię: & latis tribuit quod Gallia regnis.
Discite terrarum domini regesq; potentes
Non male congestis opibus: non Perside gaza
Fidere: non celsis surgunt quod montibus arces.
Pręruptisque sedent extructa q; oppida saxis.
Vestrum amor Imperium populi tueatur opesque,
Quem probitas: quem rara fides: quem publica curas
Atque almę studium pacis: studioque tuendæ
Gloria quem peperit belli: finesque receptis
Amissusue oriens sub pristina iura trahendus.
Has bellorum artes pacisque edoctus ubi acri

Ingenio. & rerum uario perceperat usu:
Sceptra prius: regnique decus capiti inde coronam
Induit: & sacro perfudit nectare labra liquore.
Scilicet hunc celo lapsum (mirabile dictu)
Fama refert: mouitque deum: uatumque sacrandis
Regibus esse datum. certoque hec omine reges
Egregios: stirpemque omnem per secla futuram
Que celo famam: imperium que terminet orbe.
Nec uatum responsa: deum nec oracula fallunt.
Nam que nam tellus adeo est summota refuso
Oceano: uel que celo plaga solis iniquis
Aut nimio damnata gelu: damnata pruinis:
Inclyta cui regum pietas non cognita: cuiue
Non gentis facta egregie bellique togeque?
Audiit hec certe Garamas: & lilia Orontes
Obstupuit conspecta suis tunc aurea ripis.
Tuque etiam Macedum pelras: atque ante sarissas
Admirate oriens: unde hec Alpina corusc ent
Gesta rogas: scutisue regant cur corpora longis?
Tum latus assuete aquilis, quid lilia figeant
Scire cupis: aut cur acies non horrida pilis.
Agmen agat peditum sed acuto lancea ferro:
Sed frameę: atque acies perrumpere docta securis.
Densi atque uiris classes atque ære coruscę
Mole sua pedites que ruant: atque agmina rumpat

Non hastis acies: non ulli peruia ferro,
Hinc regum insigni ducta hæc de sanguine prolis
Post clari fatum soceri miserabile, regnum
Temperat: & rerum prudens moderatur habenas.
Qualem phœbeæ memorant ad mœnia troiç
Pastorem populi: moderatoremque ducem ue
Atriden: cui tot regum sobolesque deum
Paruit: & regnum tribuit quod Iuppiter auctor.
Sic leges: sic iura dabat: qua Gallia diues
Clauditur occiduę pręcelsa rupe Pyrenes.
Qua dubii ferit unda maris: cum terra fretumque
Alternis uariat uicibus: contractaque sidunt
Aequora, uel refluo tollit sese impete Nereus:
Et pater Oceanus gelidam qua uergit ad arctont
Et flumen Rhenum: & bello gens inclyta Belgæ
Alpineque niues. tuq; o certissimus agri
Ausonii quondam limes: nunc transfuga Varre
Oblitus mores latios. tyberimque parentem:
Totus & arctoo subiectus flumine tegi:
Laberis: & thuscis pręlata est Sequana ripis.
Hos tantos populos: atque has Rex inclytus urbes
Vt Regat: & placida componat pace quietas
Ire Caledonias oratorem imperat arces:
Qui pacem ęternam populis: atque ocia poscat.
Nec mora: perpetuo coniungitur Anglia nexu:
Anglia clara opibus: & diuitis ubere glebę.

Hinc alię subeunt curę, iungenda marito
Quę modo defuncti restabat filia Regis,
Nec fauor hic diuum non affuit, omine lęto
Dictus Hymen. lętę celebrant sponsalia gentes:
Que Rhenum: Mosamq; colunt: quęque accola uasti
Oceani gens delitiis: luxuque beata:
Atque eadem aulęis intexere docta superbis
Et uiuos hominū uultus: camposque uirentes.
Nunc age post pacis studium: postque ocia regnis
Parta suis, Gallorum acies: tantosq; paratus
Diua refer: pater ut Tyberis trepidauerit: urbsque
Quę septem geminas olim surgebat in arces:
Et ferus euganeę populator cantaber orę:
Ticinusque tacens: & mundans gurgite uasto
Eridanus: geminoq; fluens de fonte sonorus
Abdua non auibus pridem: non omine lęto
Infestus Venetis (facinus memorabile) castris.
Quinetiam latis Rheni circūdata ripis:
Quā Rhodani flumē rapidum: quāq; unda Lemanni
Ambit: & excelso compescit uertice Iura,
Conspirat: iungitque animos temeraria pubes.
Illa etiam demens primam deposcere pugnam
Audet: & inuicti contra stare agmina Regis.
Scilicet hęc Regum Domitrix: undexq; superbę
Ausoniæ: & celsę (pudor o) spes maxima Romę:
Barbara gens, ponet titulos: & ponet inane

Nomen: ubi aeriis descenderit Alpibus agmen
Atreaque hesperiis radiarint Libia campis.
Sic olim ęteęos immania corpora fratres
Aequantemque altas Polyphemon uertice pinus
Fama refert, siculisque arvis atque urbibus olim
Exitium: & cunctis cladem pestemque minantes:
Donec in has solers Ithaci experientia terras
Venit: & ingentem Cyclopi luminis orbem
Extudit: atq; aciem ligno terebrauit acuto:
Interea latas trepidans it fama per urbes,
Italiam repeti bello: sociisque iuuandam
Esse armis: sic fata deum, regemque iubere.
Tum uero iuuenum bello manus inclyta sese
Certatim instruere: & regi placuisse laborat
Quisque suo. neque. n. regem sic Lydia quondam
Parthorum aut populi: nec latis Media regnis
Obseruat, regem omnis amat: nutuque beatos
Rex facit: atque animam regi impendisse decorum.
Tantus amor genti, tanta obseruantia regum.
Iamque omnes instructi aderant: Iamq; ibat apertis
Lecti manus campis: fulgentesq; aere cateruae
Insignisque auro: pictaq; in ueste iuuentus
Gaudet equis: lateq; ingens cauat ungula camputm.
Nec uero aeriię: & cęlo capita alta ferentes
Inuictę robur gentis: inuictaque bello
Pectora: consilium magni ne auertere regis

Ipsę alpes pottere, uiam (quis credat) & ipsę
Dant rupes: Dant saxa uiris. Dant culmina nimbis
Et niue: & aeternis nunquã uiduata procellis,
Ipsaq; se uinci rerum Natura fatetur.
Vnde etiam fera gens armis Heluetia, rerum
Successu tumefacta nouo: gens prodiga uitæ
Contemptrixque suę subito perculsa pauore,
Nec campis freta Italicis, Segusia saxa
Occupat: & celso includit sese aggere montis.
Qualis Thessalicis iuuenum manus impia campis
Ausa Iouem; superosq; suo detrudere cælo
Non manibus centũ: nec agris confisa parentis,
Pelion aduoluere Ossę; aduoluere superq;
Atq; Othrym: atq; Hæmũ: & frõdoso uertice Olipũ,
Quos pater esse ausos tantum indignatus, acerbo
Fulmineq; & montes: & montibus obruit ipsos.
Quo ruitis? quę tanta animos dementia cępit
O miseri? contra ne deos? contra ne deorum
Pignora: & inuicta bellum cum gente geretis?
Sat uobis semel esse ausos: sat castra repẽre
Aggressos: subitoque animos turbasse tumultu.
Auspiciis nunc res aliis: nunc omine læto
Inuictus Rex signa mouet: quem Gallica pubes:
Illustresq; heroum animę. quem Iuppiter auctor
Ducit: & immenso iampridem pręficit orbi.
Sic olim euerso bellis ciuilibus orbi

Eximium extulerunt iuuenem diisfortibus actis
Qui regeret: & lapsas posset componere terras:
Regnatorem orbis. Romaneq; insuper arcis.
Tollitur arctoam uertex precelsus in oram
Horrendi facies montis: quem nubila semper
Perpetueq; niues habeant: ubi ponere sedem
Gaudeat: & siculis aquilo quem praeferat antris.
Hec iuga non Ceres, non mitis nota Lyeo:
Non Abies ornat; nec amantes frigora taxi.
Cuncta horrent. saxis nutant informia tecta:
Intonsusque gelu nimio pretorrida pastor
Vix pecora. aut graciles defendit rupe capellas:
Primus inaccessas adiit Tyrynthius arces.
Voluentemque niues: stirpesque ac saxa ruentem
Tum primum inuidit iuno: atque accensa dolore
Vincor ait: prolemque inuisam regia caeli
Accipiat? generumque toris accersere cogar?
Hinc ferus: & nostro celebris Dux sanguine poenus
Hec numidas: durumq; egit perque inuia liberum
Saxa per et rupes: & precipites conualles.
Has ergo Heluetius calles: caeloque minantes
Peruigil obseruat scopulos: omnemque negari
Regi aditum: sese que etiam quando omnia cernas
Tuta: per et Rhodani ripas. per celtica rura
Sparsurum inuictas sponder g ns saeua cohortes.
Contra autem fortem Phrisium: Batauumque ferocē

Nigrantemq; manũ ductans Rex magnus agebat
Gallorum septus primis: Quos maximus ille
Terrorum haud urget: læti metus.ire per enses
Perq; ignes pro rege uolunt: pro laude reposcunt.
Hic aliam regi mentem deus inicit: agmen
In Ligurum ut flectat montes: atq; ardua saxa
Qua præceps sese ausoniæ Argentana terræ
Iungit: & accipitris spectat de nomine rupem
Incustoditus nonullo milite callis.
Primus inexpertas ausus tentare latebras
Heroum Decus: & nostri Dux maximus æuo,
Ingrederis: ferroq; uiam tibi pandis acuto.
Qualis ubi primum Magni Iouis armiger æthram
Tranat: & insolitos nisus meditatur apertis
Aeris in campis. Tum uero auidus illum
Impetus, ac patriæ uirtutisq; æmulus ardor
Aut pauidas agit in pecudes, aut sæpe Draconē
Implicat: & curuo luctantem euiscerat ungui.
Aut qualē lætę carpentes gramina terræ
Aut Capreę: aut timidi uenīūt cū ad flumina Damę
Dente nouo ingressum campo extimuere Leonem,
Heluetii Talem sensere Triultion alpes
Egressum insolitas: tentataq; culmina nulli.
Vixque ille Italię Campos: feliciaq; arua
Attigerat: ceptoq; fauet fortuna labori.
Nam celeri euectus iussu ducis impete miles

Infeſtis per mille doſos denſo agmine campis
Securum ab nimium ductorem abducit: & illum
Donat habere ſuo gaudens donum haud leue Regi.
Scilicet Auſonię lux altera: certaq; tanti
Spes belli: poſt tot decora inſigneſq; triumphos:
Soſpite quo nunquam uinci ſperauerat hoſtis
Ducitur: eque ſuo ſpondet non nomine tantum
Felicem euentum: magnarumq; omina rerum.
Qualis ad heſperidum Alcides cum tenderet hortos
Peruigilem claua domuit uictrice Draconem:
Et precium arboribus primus: memoriq; laborem
Abſtulit: atq; inopes uiduauit pondere ramos.
Tum uero trepidare hoſtes: patriaſq; latebras
Optare: & tantam primum expaueſcere molem.
Contra autem denſata phalanx & gallica pubes:
Hos agit: & magni uocat in certamina martis.
At pius & merito gaudens cognomine ſolus
Noſtrorum regum Rex maximus: agmina ſiſti
Imperat: ardenteſq; uiros: marteq; cientes
Audaces Belgas: & torto crine Sycambrum
Temperat: & placido interdum ſic ore profatur.
Ne me ne pugnam miles: cędemue repoſce.
Sint ciues: fratreſq; tibi: ſint pignora nobis:
Quos eadem iungit pietas: eadem abluit unda.
Stat fixum: & certum eſt tanto ignouiſſe furori.
Nec prius aut nudum iubeo te ſtringere ferrum:

Aut iugulum te haurire hostis, quā cū ille superbos
Induerit contra me animos: mentēq; rebellem.
Sic fatus: letis qua se nouaria terris
Attollit, signa ire iubet: tunc urbe potitus
Mox arcem: sedē belli quē legerat hostis,
Dum fatum sortemq; loci sub corde priorem
Inprudens sperat: ueluti si bella gerantur
Villa loco: seruetq; parem fortuna tenorem,
Occupat: & captę faustum prius abstulit omen.
Est locus: antiquo Marti de nomine dictus
Letus ager Cerere: et felicis munere Bacchi:
Et Zephyro: & uerna longe gratissimus aura.
Quem tenues placido stringebant murmure riui.
Hanc sedem bello instituit Rex esse gerendo.
Huc magnę coeunt acies: densęq; phalanges
Sublimes in equis iuuenes: atq; ęre coruscis
Casaries queis pressa humeros: & eburnea colla
Ostentat: saguliq; nitent: quę tamia gentis
Versicolor de more secat: pectusq; per amplum
Tortilis a collo radians it circulus Auro.
Ipse autem medio incedens Rex agmine fertur
Ostentans latosq; humeros: humeroq; iouentę
Purpureum: geminasq; acies ceu sydera torquens.
Quem lecti proceres circum: quem gallica pubes
Insignesq; animę campis comitantur apertis.
Qualis ubi ęthiopum populos: arasq; reuisit

Regnator superũ atq; hominũ Sator optimus idē
Cũ Tauros, cētum & pingues cũ matribus agnos
Spectet: & apposita celebrat conuiuia mensa.
Quem Pallas: Geticeq; deus qui presidet orę
Cęlicoleq; colunt aliiq; semperq; uerentur.
Interea pacem bello preuertere gaudens
Rex pius: & bellum eoas meditatus ad arces
Pacem offert cupidus nostro parsisse cruori:
Et ciues seruare suos. Sed cęca furore
Hec dextris gens freta suis: neciam amplius armis
Perfidae & immensę flammata cupidine prędę.
Insidiasq; doloseq; parat: complexaq; pacis
Nomen inane: deos testes nec fędera curat:
Nec subscripta quidem: laudataq; pacta ueretur.
Heu Pietas: heu prisca Fides: quis fallere suasit
Iuratosq; deos: atq; ictum temnere fedus.
Quippe alię bellorũ artes: concessaq; furta,
Verum hosti seruanda fides, diuumq; uerenda
Religio, & uani ius formidabile Martis.
Quod si te incepti belli piget: illeq; pridem
Cōtemptor tibi uitę animus sub corde resi dit:
Parce armis: ueteremq; animo depone tumorē.
Parce animę: acmeritos cruor hic fundatur i hostes.
Sed frustra monitusq; mei: uaniq; precatus.
Ecce iterum armorum sonitus: cędesq; uirorum.
Hastarumq; fragor, Tormentorumq; boatus

Excussusque cauo per mille uolumina pilę
Ac sonus, regnat campo uia fumida toto.
Horribileq; ferus mauors ciet undique pugnam.
Non sic phlegręia certatum, est credere campis:
Cum cęlo turbare Iouem uis illa Gigantum
Ausa Ossę imposuit sublimi uertice Olympum.
Solicet haud tales partu fęcunda nefando
Ediderat tellus: nec iustior illa Typhoei
Gloria, centimanusque Gyges: cęloq; pepercit
Quod non illa immané acie diis obiicit hostem.
Nec sic aduersi cōfligunt ęquore uenti,
Hinc Borealque Notusque furens, creberq; procellis
Africus: ingeminant sylua montesq; sonoré.
Et Nereus furit, atque undas ad sydera torquet:
Iamq; diu fessęq; acies: fessęq; phalanges.
Nec cędis modus ullus erat. stat uincere utrisque;
Aut capto occubuisse loco. densusq; uiro uir,
Densatęque ruunt acies. hinc cōmodus hosti
Campus erat fossis: multaq; uligine lętus.
Et feriens radiis aduersa micantibus ora
Sol iuuat: & uinci nullo certamine suetum.
Quin etiam fractę fidei pudor, iraq; mentem
Pręcipitant: nec speratę deponere prędę
Spem licet: & tantę uincant si pręmia laudis.
Contra autem antiquo gentis stat Gallica pubes
Pro decore, occursant animo tot bel la: tot hostes

Edomitusq; oriens olim felicibus armis.
Nec regnum Italię partum: nec uictus iberus
Exciderant: nec tam uinci quã uincere fero
Est pudor. ipsum etiam regem spectantq; uidentq;:
Huius ad exemplum pugnant illum agmine facto
Versantem hostiles acies de puluere: deq;
Cędeque, sanguineq; de iactis cõminus hastis
Eripiunt. Rege incolumi mens omnibus una est.
Nec minus hortatu uario peditumque cateruas,
Pugn antesque equitum turmas insignis obibat.
Et clamans, pudeat tandem nõ cedere campo
Nec numero causa ue pares. ubi Gallica uirtus?
Quo prior ille ardor: pugnę pars magna peracta est:
Et segnẽ patiere moram succisse coactum
Sit pudor. en uestrum primo in certamine regem
Non hastas, frameas ue hostis: non ulla timentem
Fulgura: nec fusas ferri toto ęquore massas.
O potius superi primis extinguar in annis:
Quã sospes uideam Heluetium tot terga prementem
Heroum: & quicquid generosi sanguinis olim
Gallia habet. sed enim nec me mea numina fallunt:
Nec uultus: facies ue hilares: uestri ue lacerti.
Cędite iam trepidum: contemptoremque deorum
Montanumque hostem, pecudesq; impellere suetum.
Hęc acies aperit totum uictoribus orbem.
Hęc famam ęternam uobis parat, ite peracto

Marte per tectas gentes : ditiſſima regna
Ite per occiduas. nihil eſt quod celtica uirtus
Non agat. en uobis ego ſum : qui maximus orbis
Quicquid habet : quicquid populi, reges ue recōdant :
Largiar & ueſtris feruem poſt funera natis.
In caluere animis iuuenes. nec iam ulla ſalutis
Cura ſubit. pars conceptum dammare pudorem :
Hortarique alios : Marteṁq; expoſcere gaudent :
Pars medios ruit in cuneos & pectore pulchram
Excipiens mortem iuuat occubuiſſe ſub armis.
Stant contra obnixi hoſtes. nec cedere certum eſt.
Quippe fugam campique negant : & liber aperta
Planicie diſperſus eques. nec fidere curſu
Iam poterat longo certamine feſſa iuuentus.
Namque ſub extremum lucis qui ceperat : omnem
Exhauſit duri noctem certaminis ardor.
Pugnanteſque uiros : inſignemque equore regem
Spectauit roſeis aurora inuecta quadrigis.
Ecce autem ante uolans peditum praeceſſerat agmen
Luiades : iuſſaſq; ſequi rapido impete turmas.
Luiades fulgur belli, & Mauortis alumnus
Inſigniſque fide. ſed quem pro ſaeua ſororum
Fila trium, inuideant terris mox inuida fatum
Quinquaginta illum iuuenes fulgentibus armis
Lecta cohors : belloque manus ſpectata ſequuntur.
Ipſe autem ſublimis equo quem daunia mater

Edidit: & aduersos fertur ceu fulmen in hostes
Et ualidam quassans hastam, quis primus in hostē
Mecum ait insignes animę, nec plura locutus
Perforat ingentis coto caua tempora Orudis.
Tum uero clamorque uirum, clangorq; tubarum
Exoritur: tum uis Gallis sub pectore maior.
Turpiaq; Heluetii nudarunt terga manipli.
Quos princeps. quem militię suprema potestas
Insignem facit. & superis mox Iuppiter ęquats
Obtrūcat: iuxtaque urgent Vandomia proles
Et regni, ac decoris tanti Lansonius hæres.
Nec minus ille senex: sacro qui uertice canos
Ostentat late, maiestatemq; uerendam:
Solus qui potuit fortunam tendere contra:
Et tantas spreuisse minas: cui fata quietem
Optatam: & lętus spondēt tandem ocia rebus:
Insequitur trepidantem hostem: uultusque minaces
Deponentē agit: & campos cęde undiq; replet.
Nec uero nostro iuuenis non dictus abibis
Carmine: qui teneris Marti dum assuescis ab annis:
Dum fratrem insignem sequeris: quo clarior alter
Non erat, excepto qui temperet omnia, regei
Oppetis: & belli laudem cum luce relinquis.
Tum uero primum cunei, fractęq; phalanges
Accepere hostem Heluetię: nudataq; terga
Vasco leuis; clypeique gerens onus utile leuis

Quod uariis liui pretexuit ante Nauerus
Orbibus: & tribus (inuentum memorabile) uatriis
Cedit, & auersum sternit glomerata iuuentus
Per fossas camposque ruit: nec iam amplius arma
Aut pugnam tentare audet: tunc perdidit omnem
Iusta modum cædes. nec uero tela, nec enses
Sufficiunt: labor est iugulis abscondere ferrum
Mole sua ruit acta manus. Ceu forte sub Ida
Cum ualidas Quercus: aut consferas cyparissos
Docta manus secuit, nec iam durare bipennes
Nec ualidę iuuenum possunt obsistere uires.
Tunc super incũbens: boreaq; adiuta sonore
Aesculus: & late spargens sua brachia Fagus
Progeniem sternitque omnem: sternitque comantes
Atque ornos: stirpemque omnem cũ matre nouellam.
Hęc primum Heluetios tanto post tempore uictos
Lux uidit, fractosque animus: gcotisque superbę
Confusos fastus debellatumq; furorem
Hi primum hostili maduerunt sanguine campi.
Perpetuam h c gentis cladem testetur: & o sit
Hic locus inuicti regis qui seruet honorem
Semper: & egregiam gentem per secla propaget.
O quoties curuo terram dum franget aratro
Agricola: exesas frameas fractasque secures
Eggeret. & paruis gaudens monstrabit alumnis.
Grandiaque inueniens affliget postubus ossa.

O quoties properet: qualuis hac forte uiator:
Sistat equum, cupidusque roget: quę signa: qs hostis,
Q ęque acies, tantas strages: tot funera cędesque
Edidit: & stupidus francos: Regemque potentem
Audiet: & primo qui uix pubesceret æuo
Nondum Anno Imperii exacto: sceptrique recepti,
Totq; Duces: proceresq;, uirum tot milia lecta
Duxisse hesperiam in magnatum qui uenit & hostem
Vidit: & inuictis fractum quem contudit armis.
Tergaq; non ulli primus conspecta cecidit:
Poscite nunc acies: & uicti rumpite fœdus
Heluetii, uestros animos non ulla deorum
Sollicitet curataue fidei reuerentia pacta.
En agros ten æterno tibi iure tenendam
Ausoniam metiris. & hæc tibi pręmia Franci
Digna ferunt: ausisq; ferēt post talia cunctis.
Hanc ergo Ausonides lętam mitissime Regum
Et matres: castęque suis cum matribus omnes
Et natę natique diem per templa frequentent.
Perque aras diuum flores: spargantque beati
Ruris opes: non coi uis graminis unquam
Desit: & extremis oriens quod mittit ab indis.
Teque canant lecti pueri: lectęque puellę
Et gentis facta egregia: Regumque tuorum
Insignes laudes. Vt quondam martia pubes
Gallorum rhodopenq; altam; thracenq; niuosam

Edomuitsedemq; feri pangea gradiui:
Vtque eadem græcos toties: macedumque sarissas
Fregit, & inachii superans uasta hostia ponti,
In letis aliæ terris sibi regna parant,
Hęc manus egregius urbes: hęc itala regna
Condidit, hęc patrio dixit denomine terras,
Hinc Regum soboles Francorum exorta: tot orbis
Lumina, tot pręclaræ animę: tot numina cęli,
Tu uero nouus alcides partę ocia terræ
Restituis, tibi ruris bonos: tibi crescit aratri
Gratia: nec rigidum falces conflentur in ensem,
Tu fastum Heluetię gentis; Tu cōprimis arma:
Tu titulos damnare iubes: nec tela nec enses
Sumere: sed patriis armenta in rupibus illos
Balantumque gregem cura seruare fideli.
Te Heluetię rupes: te flagrantissima belli
Fax tanti extimuit ductor, qui sacra deosque
Mentitus multu bello nec idoneus armis,
Ah miseram stygias gentem demisit ad umbras:
Dum cęlum ac superas spondet morientibus auras:
Adria te sanctique pio: cum Principe patres
Expectant audi: & dextris coniungere dextras
Vbs opibus, Vbs clara fide diuumq; superba
Aedibus, & stagnis gaudens pro mœnibus, ardet,
Salue uera deum soboles aucturaq; diuos
Et genitura orbi tu nos tu cœpta benignus

Et mea, phœbeasq; artes, queis gloria solum
Quęritur: ęternumq; decus: nomenq; perenne
Excipias: reque & secum cum regia cæli
Accipiet: grati populi ceu numen adorent.

EGNATIVS

Mediolani. M. D. XV. prid: Kal: Decēb. Frācisco Francorum Rege & Mediolani Duce. VIIII.

Ex ędibus Minutianis.

45

55

3

G.Anselmus nepos/Trãquillo Molosso Cremonē.
S.D.Aeacidarum ad nepotes Hecubam/uelut post
annũ maximum/uenire: õ ægre latuiam cum suspi
caremur/Tragœdiam tibi hanc nostram de Græca
Euripidi nuncupaturus,Nam præter tuis sodalitatis
quod nomẽ quoddam est/& istud accessit: quod pro
genitoris tui Molossi Epirotarum regis/Pyrthus pa/
ter/Polyxenã Achilles manibus imolarit. Tu quod
cumq; est/hoc poemation regio animo ad:pias/no/
stræ erga te beneuolentiæ Mnemosion. Cuius plane
te patronũ: Vulgum inprimis iudicẽ uolumus/quo
redigenda in ordinem/& male tornata/quæ fortasse
conpluria:eximi/& incudi reddi possint: Apellẽ imi/
tatum qui post tabulas in pergula propositas delite/
scens/quæ notarentur solebat animaduertere poste/
ro die ut corrigeret: tanti& ille iudicium multitudi/
nis faciebat. Ceterum hanc quoq; legem huic ope/
ri damus:Supra crepidam sutor ne iudicet. Vale.